ſicut lazarū quatriduanū ſuſcitauit a monu
mento ita in fine ſeculi reſuſcitari faciet oēs
hoīes mūdi vt in eternū damnent̄ iniq̄. Ju=
ſtis vero tribuat̄ premiū vite eterne. Amen.
¶ Sermo decimuſſeptimus de pꝛiſſima paſ
ſione ſaluatoris noſtri ieſu xpi.

Ploꝛemus ante do
minū q̄ fecit nos qꝛ ipē eſt dn̄s de⁹
noſter. Ad paſſionē nos inuitātis
ꝓphete illuminati verba ſunt iſta ps. xciiij.
Neſcio q̄d flebilius ac pietate et cōmiſeratōe
magis dignū cōmemoꝛari pt. q̄ʒ abiectiſſima
paſſio moꝛſqʒ acerbiſſima Jeſu xpi filij dei.
Utiqʒ oī fera crudelioꝛ durioꝛqʒ petris cen=
ſeri dʒ. quiſq̄s ille ſit q̄ ad tanti myſterij me=
moriā nō cōpungit̄. Si enī abſqʒ lachꝛymiſ
nō ſolū narrari vel dici. immo nec excogita=
ri pn̄t q̄ de moꝛte Ceſaris aut Pompei ma=
gni aut Hectoꝛis troiani. aut Darij pſarū re
gis. vel Alexādri macedonis. alioꝛūqʒ regū
vel imperatoꝝ cōſcripta ſunt. quāto magis
moꝛs regis regū plangentibꝫ oculis ad men
tem eſt reuocāda. Accedit ad hoc ꝙ ille q̄: pec
catū nō fecit. nec dolus inuent⁹ eſt in oꝛe ei⁹.
moꝛtuus eſt ꝓ nobis debitoꝛibꝫ moꝛtis. vt
nos redimeret. vt nos ſaluos faceret. vt nos
ad celeſtē patriā reduceret. ī ligno crucis pe=
pendit. Cōpatiendū itaqʒ illi eſt q̄ tā dura ꝓ
nobis tulit toꝛmēta. ne in die iudicij cū ve=
nerit in gloꝛia maieſtatis ſue inueniemur in
grati in cōſpectu eius. Nā vt quidā deuot⁹
ait. Hodie xp̄s de cruce ſic alloquit̄ vnūquē
qʒ. Uide hō q̄ ꝓ te patioꝛ. vide penas q̄bus
afficioꝛ. vide clauos quibꝫ ꝯfodioꝛ. nō eſt do
loꝛ ſicut q̄ crutioꝛ. cū ſit tātus doloꝛ exterioꝛ
intus tn̄ doloꝛ eſt grauioꝛ. tam ingratū dū te
experioꝛ. Deponam⁹ igit̄ duriciā animi. in=
duamuſqʒ viſcera pietatis et deuotōe q̄ poſ=
ſumus xp̄m in cruce paſſum pit̄er lugeam⁹.
Nec vile aut muliebꝛe putandū eſt hoc offi
ciū exoluere. quinimmo et piūꝫ laudabile fo
re exempla luculētiſſima manifeſtāt. Scri=
bitur nāqʒ Gen̄. l. c. Q ioſeph ruit ſuꝑ faciē
patris ſui defuncti flens ⁊ deoſculans eū. Et
Gen̄. xxv. c. Qualiter abraā fleuit ſarā vxoꝛē
ſuā defunctā. Et. ij. Re. i. c. Quō dauid plan
xit ſuꝑ Saul et Jonatha interfectos in ꝑlio
Et. ij. Regū. iij. ca. Quemadmodū dauid le=
uauit vocē ſuā ⁊ fleuit ſuꝑ tumulū abner quē
Joab et abiſai interfecerāt. Et. ij. Re. xviij.
ca. dicit̄ adhuc de dauid. ꝙ cū audiſſet moꝛtē
filij ſui abſolon flebat dicēs. Abſolon fili mi
fili mi abſolon. Et Nume. xx. c. Laudat̄ po
pulus q̄ moꝛtuo Aarō fleuit ꝑ triginta dies

Et. i. Re. xxviij. Samuel moꝛtu⁹ eſt plan=
xitqʒ eū oīs ꝑpl's. Et. ij. Machab. ix. c. poni
tur. ꝙ poſtq̄ʒ iudas machabeus cecidit et oc
ciſus fuit in ꝑlio fleuit eū oīs ꝑplus planctu
magno. Narrat etiā Juſtinus. ꝙ cū nuncia
tum fuiſſet Alexandro vxoꝛē darij quā deti=
nebat captiuā in partu moꝛtuā fleuit ex hūa=
nitate. Inſuꝑ ꝙ dū alexāder expoſt exanime
coꝛpus darij inuenit quē ſui interfecerant fu
dit lachꝛymaſ. Quis ergo abſqʒ gemitu au=
dire pōt ꝙ ille q̄ oībus pſtat vitā ē moꝛtu⁹ in
cruce. O xpiani oēs. O viri. O mulieres. O
iuuenes. o ſenes. o virgines. o vidue. o nu=
pte. o pie matres. o populi cuncti nobis oībꝫ
dicit eccleſia verba in themate ꝓpoſita. Plo=
remus ante dn̄m affixum patibulo crucis qꝛ
ipē eſt dn̄s de⁹ nr̄. Ad quē ploꝛatū poſſum⁹
deo ꝓpitio ꝑuenire. ſi diligēter voluerim⁹ ac
fideliter ꝯſiderare ignominiā crucis dn̄i nr̄i
ieſu xpi. Jccirco in pn̄ti ſermone de ipa paſ=
ſione dn̄ica tria myſteria ꝓponem⁹ ꝯtēplāda.
Primū dicit̄ voluntatis.
Secundū humilitatis.
Terciū acerbitatis.
¶ Q xp̄s ex ardentiſſimo amoꝛe volēs paſ=
ſus eſt et de voluntatis eius qualitate.

¶ Capitulum primū.

PRimū myſteriū cōtemplandū de paſ
ſione ieſu xpi dr̄ volūtatis. Ad cuius
clarā explanationē tria dubia occur=
rūt enucleanda.
¶ Primū vtrū chꝛiſtus paſſus ſit ex volūtate
aut ex neceſſitate.
¶ Scd̄m vtrū in xp̄o fuerūt plures volūtates
¶ Terciū vtrū in xp̄o fuit ꝯrietas voluntatū.
¶ Ad primū dubiū dicere debem⁹ ꝙ xp̄s ex
volūtate paſſionē ſuſtinuit. Hoc vtiqʒ ꝓba=
mus abunde. dr̄ enī ꝑ Eſaiā. liij. c. Oblatus
eſt qꝛ ipē voluit. Et Damaſcen⁹ inqt. Nihil
coactū in xp̄o ſed oīa volūtaria. volēs eſuri=
uit volens ſitiuit volēs moꝛtuus eſt. Inſuꝑ
paſſio xpi fuit bona et meritoꝛia ergo volūta
ria. Vn̄ Aug⁹. li. i. cōfeſſionū ait. Nemo in=
uitus bn̄ agit etiā ſi bonū eſt qd̄ agit. Et hec
ſnia cōfirmat̄. xx. q. iij. c. pn̄s clericus. Nul=
lū bonū niſi voluntariū. Et. xv. q. i. c. nō eſt.
Uoluntariū ſibi militē elegit xp̄s. Quare et
ipē volūtarie paſſus eſt. Dicit nāqʒ Alex. de
ales in. iij. volumine ſumme ſequendo Da=
maſcenū Hilariū et Hugo. in li. de ſacramē
tis. Q aliter fuit potētia patiendi in xp̄o q̄ʒ
ſit in nobis in ſtatu miſerie et in adā in ſtatu
innocentie. Nā in ſtatu innocentie fuit po=
tentia patiēdi ſine neceſſitate ⁊ ſine volūtate.
quare Adā impaſſibilis erat ex ꝟtute diuine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓtectiōis nō ex ſua natura. In ſtatu miſerie
eſt potētia patiēdi cū neceſſitate ꝛ ſine volun
tate. In dn̄o ieſu xp̄o fuit patiētia ad patien
dum nō tn̄ indiſpoſita. vt in adā nec cū neceſ
ſitate vt in nobis. ſed cū diſpoſitōe ad patiē
dum et cū volūtate potēte ꝓhibere paſſionē.
Nā cū ſit duplex potētia. ſcʒ actiua et paſſiua
potentia actiua in nobis eſt ſolū ſubiecta vo=
lūtati. potētia paſſiua nō ꝛ ſequit̄ cōditionē
nature. In dn̄o vero ieſu potentia paſſiua ſi=
cut et potētia actiua fuit ſubiecta volūtati vt
eſſet dn̄a ſui actus ꝛ ſue paſſionis. vt ſicut vo
luntas nr̄a hʒ dn̄ium ſui actus potēs ꝓhibe
re eū vel educere. ita xp̄i volūtas dn̄ium ha=
buit et potēs fuit ꝓhibere paſſionē a potētia
patiēdi aſſumpta vel ipam educere in actū pa
tiēdi. Notandū tn̄ hic ſm tho. iij. pte. q. xiij.
ar. iiij. q aīa xp̄i pt dupliciť ꝯſiderari. Uno
mō ſm ꝓpriā virtutē ꝛ naturā. Et h mō ſic nō
poterat mutare corpa exteriora a curſu et or=
dine nature. ita etiā nō poterat imutare ꝓpriū
corp⁹ a naturali diſpoſitōe. qꝛ aīa xp̄i ſm ꝓ=
priā naturā hʒ determinatā ꝓportiōʒ ad ſuū
corp⁹. Alio mō pt ꝯſiderari aīa xp̄i ſm q eſt
inſtrm̄ vnitū verbo dei in pſona. ꝛ ſic ſubde=
bať ei⁹ ptāti totaliť oīs diſpoſitio ꝓprij corpo
ris. Quia tn̄ virt⁹ actōnis nō ꝓprie attribuiť
inſtrumēto ſʒ pncipali agenti. iō talis poten
tia attribuiť magis xp̄o verbo dei q̄ aīe xp̄i
Dixim⁹ iſta ꝯcludētes q potuiſſet xp̄s ꝓhi
bere paſſionē ſʒ pati voluit vt p nobis ſatiſ=
faceret. Et vt inqt tho. iij. pte. q. xlvi. qꝛ paſ=
ſio illa aſſumpta fuit volūtarie ꝓpter finē libe
ratōnis hoīm a pctō. Iō tantā q̄ttitatē dolo=
ris aſſūpſit q eſſet ꝓportionata magnitudini
fructus ei⁹ q inde ſeqbať. Sʒ arguūt pleriq̄ʒ
cōtra dicta aſſerētes xp̄m de neceſſitate fuiſſe
paſſum. Primo ex pte nr̄a q p ei⁹ paſſionē li
berati ſum⁹. ſm illō Io. iij. c. Sicut moiſes
exaltauit ſerpentē in deſerto ſic oportet exal=
tari filiū hoīs vt oīs q credit in eū nō pereat
ſʒ habeat vitā eternā. qō q dē de exaltatiōe in
cruce intelligiť. Scōo ex pte ipi⁹ xp̄i q p hu
militatē paſſionis meruit gloriā exaltatōis.
iuxta illud Luc. vltīo ca. Hec oportuit pati
xp̄m ꝛ ita intrare i gloriā ſuā. Tercio ex pte
dei cui⁹ diffinitio circa paſſionē xp̄i fuit pre=
nunciata in ſcripturis ꝛ pfigurata in obſer=
uantia veteris teſtamēti ſm q dr̄ Luc. xxij.
ca. Fili⁹ quidē hoīs vadit ſm q diffinitū ē
de eo. Et Luc. vlti. c. Hec ſunt verba q locu
tus ſum cū adhuc eſſem vobiſcū. qm̄ neceſſe
eſt ipleri oīa q ſcripta ſunt i lege moiſi ꝛ ꝓphe
tis et pſalmis de me. et qm̄ ſcriptū eſt. qm̄ o=
portebat pati chriſtū ꝛ reſurgere a mortuis.

Pro declaratōe iſtoꝝ notāde ſunt de neceſſa
rio tres diſtinctōes. Prima eſt Alexādri in
iij. ſumme q ait. Qꝫ ſm Ariſto. v. metaphy.
Neceſſariū dr̄ q̄ttuor modis ſm q̄ttuor ge=
nera cauſarū. Eſt enī neceſſitas ſm cauſam
formalē ſm q dr̄ calidū de neceſſitate calefa=
cit ſiue patiēs de neceſſitate patiť. Et ē neceſ=
ſitas ſm cām materialē ſcōm q dr̄. q calidū
in ſummo neceſſe eſt fieri ignē ſm q diceret
q paſſibile in ſummo neceſſe eſt pati. Et ē ne
ceſſitas ſm cām efficientē q vocať neceſſitas
ſm violentiā ſm q dr̄ q lapidē fortiť impul
ſum neceſſe eſt moueri. Et eſt neceſſitas ſm
cām finalē ſm q dr̄ q ſerrā neceſſe ē eē ex fer=
ro et calibe eo q eſt ad diuidendū dura et ſo=
lida In dn̄o g ieſu xp̄o fuit neceſſitas ad mo
riendū ſm rōem cāe finalis ſolū. Ut enī dr̄
ad Galathas. iiij. c. Miſit deus filiū ſuū vt
nos redimeret. Iſta redēptio nō potuit eē ni
ſi p ſatiſfactionē. nec ſatiſfactio niſi p paſſio=
nē. Nō aūt fuit i xp̄o neceſſitas ad moriendū
ſm rationē cauſe efficiētis. qꝛ nulla cā creata
poterat eū cogere ad moriendū. Neq̄ʒ neceſ=
ſitas ſm rōem cāe materialis qꝛ illa ē neceſſi
tas ꝯtracta ex vicio ꝓpagatōis i nobis. neq̄ʒ
neceſſitas ſm rōeʒ cāe formalis qꝛ illa nō pt
prohiberi nec eſt volūtaria. Et de xp̄o dicit
Io. damaſcen⁹. Qꝫ paſſiones ꝛ ſi ſm legē na
ture fiebāt in eo nō tn̄ coacte ſed voluntarie.
Scōa diſtinctio. q eſt neceſſitas immutabi=
litatis et neceſſitas coactionis vel ꝓhibitio=
nis. Neceſſe fuit xp̄m mori neceſſitate imu=
tabilitatis. qꝛ immutabiliť voluit mori. neceſ
ſitate vero coactōis vel ꝓhibitōis minime.
Tercia diſtinctio ſm Anſel. i. ij. li. cur deus
hō. in. c. xvij. Qꝫ eſt neceſſitas pcedēs q cā eſt
vt ſit res. Et eſt neceſſitas ſequēs quā res fa=
cit. pcedens ꝛ efficiēs eſt neceſſitas cū dr̄ celū
volui qꝛ neceſſe eſt vt voluať. Sequēs vero
et q nihil efficit ſed fit. Cū dico te ex neceſſita
te loq cū loqris. Cū enī hoc dico ſignifico te
nihil facere poſſe vt dū loqris nō loqris. nō
q aliqd te cogat ad loquendū. Nā violentia
naturalis ꝯditōis cogit celū volui. te vo nul
la facit neceſſitas loq. Sed vbicunq̄ʒ eſt pce
dens neceſſitas et ſequēs. nō aūt vbi ſequēs
ibi ſtatim et pcedens. Poſſumus nāq̄ʒ dice=
re neceſſe eſt celū volui quia voluitur. Sed
nō ſimiliter eſt verū. iccirco te loqui qꝛ neceſ=
ſe eſt vt loquaris. Iſta ſequēs neceſſitas cur
rit p oīa tpa hoc mō. Quicqd fuit neceſſe eſt
fuiſſe. Quicqd eſt neceſſe eſt eſſe. Quicqd fu=
turum eſt neceſſe eſt eſſe futurū. Si vis ergo
oīm q xp̄s fecit et q paſſus eſt verā ſcire neceſ
ſitatē. ſcio oīa ex necītate fuiſſe. qꝛ ipe voluiť

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

voluntatē vero eius nulla p̄ceſſit neceſſitas.
Quare ſi nō fuerūt niſi q̄ ipe voluit. ſi nō vo
luiſſet nō fuiſſet. Ex his oībꝫ deprehendim⁹
ꝙ xp̄s paſſus eſt volūtarie. Et quicq̄d de ne
ceſſitate dr̄ a ſua volūtate būdicta dependet.
¶ Scōm dubiū erat vtrū in xp̄o fuit volū-
tatū pluralitas. Ad qḋ rn̄det ſanct⁹ tho. iij.
pte. q. xviij. ꝙ quidā poſuerūt in xp̄o eē vnā
ſolā voluntatē. Sꝫ ad hoc ponendū diuer-
ſimode moti eē vident̄. Appollinaris enī nō
poſuit naturā intellectualē in xp̄o ſed qḋ ver
bū eſſet loco aīe vel loco intellect⁹. Vn̄ cū vo
luntas ſit in rōne vt ph̄s dicit in. iij. de aīa. ſe-
quebat̄ ꝙ in xp̄o nō eſſꝫ volūtas hūana. ꝛ ita
in eo nō eſſet niſi vna volūtas. Macharius
aūt p̄triarcha anthiocenus. et Cyprus alexā
drinus. et Sergius ꝯſtantiū. et quidā eorū
ſequaces. poſuerūt in xp̄o vnā voluntatē q̄ꝫ-
uis ponerēt duas naturas ſ̄m ypoſtaſim v-
nitas. qꝛ opinabant̄ ꝙ hūana natura in xp̄o
nūq̄ꝫ mouebat̄ ꝓprio motu ſꝫ ſolū ſ̄m ꝙ erat
mota a diuinitate. vt ptꝫ ī ep̄la ſinodica Aga
thonis pape. Et iō in ſexta ſinodo apud cō-
ſtātinopolim celebrata determinatū eſt opor
tere dici ꝙ in xp̄o ſint due volūtates. vbi ſic
legit̄. Predicam⁹ duas volūtates naturales
in xp̄o ꝛ duas operatōes. Et hoc neceſſariū
fuit dici. Manifeſtū eſt enī ꝙ fili⁹ dei aſſum
pſit humanā naturā pfectā. ad pfectionē aūt
hūane nature ptinet volūtas q̄ eſt naturalis
potētia ſicut et intellect⁹. Vn̄ neceſſe eſt dice
re ꝙ fili⁹ dei humanā volūtatē aſſumpſit in
hūana natura. p aſſumptionē enī hūane na-
ture nullā diminutionē paſſus eſt fili⁹ dei in
his q̄ ptinēt ad diuinā naturā cui cōpetit vo
luntatē hr̄e. Quare neceſſe eſt dicere ꝙ ī xp̄o
fuerūt due volūtates. vna diuina alia hūana
Hoc tenet mgr̄ ſniaꝝ in. iij. di. xvij. et Johā
nes damaſcen⁹ ceteriq̄ꝫ ſancti doctores. qꝛ ve
ro vt inq̄t tho. Fili⁹ dei ſicut p̄dictū eſt hūa
nā naturā aſſumpſit cū oībus q̄ ptinēt ad p-
fectionē ipius nature. In humana aūt natu
ra includit̄ etiā natura aīalis. ſicin ſpē inclu-
ditur gen⁹. Vn̄ oportet ꝙ fili⁹ dei cū hūana
natura aſſūpſerit etiā ea q̄ ptinent ad pfectōꝫ
nature aīalis inter q̄ eſt appetitus ſenſitiu⁹ q̄
ſenſualitas dr̄. Et iō oportet dicere ꝙ in xp̄o
fuit ſenſualis appetit⁹ ſiue ſenſualitas. Sen
ſualitas aūt ſiue ſenſualis appetit⁹ inq̄ꝫtū na
tus eſt obedire rōni dr̄ rōnalis per pticipatōꝫ
vt ptꝫ p ph̄m in. i. ethicoꝝ. Et qꝛ volūtas eſt
in rōne. pt̄ dici ꝙ ſenſualitas ſit volūtas per
pticipationē. Quantū etiā ad rōem volūtas
in xp̄o plurificat̄ nō rōe potētie q̄ vna eſt: ſed
rōne actus. Quare dicit Damaſcen⁹ duplex

eſt hoīs volūtas. Una naturalis q̄ vocat̄ the
leſis. Alia rōalis q̄ vocat̄ buliſis. Prima dr̄
theleſis. i. ſimplex volūtas q̄ a magiſtris vo
catur voluntas vt natura. hec repudiat ea q̄
ſunt nature ꝯ̄ria et q̄ ſunt ſcōm ſe mala puta
mortē ꝛ ſitia. Scd̄a volūtas dr̄ buliſis. i. cō
ſiliatiua q̄ vocat̄ volūtas vt rō. hec illud qḋ
volūtas refugere p̄t vt natura eligit. vt rō ex
ordīe ad finē. Sicut etiā in aliq̄ hoīe ſenſua
litatis eius et volūtas abſolute ſiue vt natu-
ra cōſiderata refugit vſtionē. quā tn̄ volūtas
ſ̄m rōem eligit ꝓpt̄ finē ſanitatis. Quare ſ̄m
dicta diſtinguim⁹ ī xp̄o voluntatē multipli
cē. ſ. diuinā ꝛ humanā. Et hāc diuidimus in
voluntatē ſenſualitatis et voluntatē rōnis.
Et voluntatē rationis adhuc dicimus ali-
am put cōſideret̄ vt natura. aliā put cōſidera
tur vt rō. ¶ Terciū dubiūꝫ erat vtrū in xp̄o
fuit voluntatū ꝯ̄rietas. Et ad h̄ rn̄det Alex.
in. iij. ſumme. ꝙ xp̄us dr̄ habuiſſe diuerſas
volūtates tribꝫ modis. Prīo iuxta duas na-
turas diuinā ꝛ humanā dicunt̄ in xp̄o diuer
ſe volūtates diuina. ſ. et humana. Scd̄o mō
ſ̄m humanā naturā dicunt̄ ī xp̄o diuerſe vo
lūtates. volūtas. ſ. rōnis ꝛ volūtas ſenſuali-
tatis. Tercio mō dicunt̄ in xp̄o ſ̄m rōem di-
uerſe volūtates qꝛ rō hꝫ quandā voluntatē vt
natura eſt vnibilis corpi et hꝫ voluntatē. vt
rō eſt ꝯformis diuinitati. et ſ̄m hoc dicerent̄
in xp̄o diuerſe volūtates. volūtas naturalis
et volūtas rōis. Uolūtas diuina in xp̄o erat
vt ipe dolores ꝛ paſſiōes ꝛ mortē pateret̄. nō
ꝙ iſta eſſent a deo volita ſ̄m ſe. ſed ex ordine
ad finē humane ſalutis. Uolūtas rōnis erat
vt volūtas diuina impleret̄. volūtas aūt ſen
ſualitatis naturaliter iſta refugiebat. Silr̄
volūtas vt natura iſta repudiabat tāq̄ꝫ natu
re ꝯ̄ria. Ueruntn̄ licet iſte fuerint volūtates
diuerſe nō tn̄ ꝯtrarie. Nā hec volūtas ſenſua
litatis ꝯ̄ria volūtati rōis. nec volūtas hūa-
na ꝯ̄ria volūtati diuine. nec volūtas natural̄
cōtraria volūtati rōnis. qꝛ ſ̄m Damaſce. Cō
traria nata ſunt fieri circa idē. voluntas aūt
moriendi ꝛ viuēdi nec ſ̄m idē in xp̄o. qꝛ vnū
circa ſenſualitatē. aliud circa rōeꝫ. Ex q̄ inq̄t
tho. vbi. ſ̄. ꝙ neq̄ꝫ volūtas diuina neq̄ꝫ vo-
luntas rōis in xp̄o īpediebat̄ aut retardabat̄
p volūtatē naturalē. neq̄ꝫ p volūtatē ſenſuali
tatis. Silr̄ aūt nec ecōuerſo volūtas diuina
vel volūtas rōnis refugiebat aut retardabat
motū natural̄ volūtatis et motū ſenſualitat̄
Placebat enī xp̄o ſ̄m volūtatē diuinā. et etiā
ſ̄m voluntatē rōnis. vt volūtas naturalis in
ip̄o et voluntas ſenſualitatis ſ̄m ordinē ſue
nature mouerent̄. Hinc oſtēdit̄ magnitudo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

doloris xp̄i patiētis. qm̄ ſm Tho. iij. pte. q.
xlvi. In alijs patiētib⁹ mitigat̄ triſticia inte-
rior et etiā dolor exterior ex aliq̄ ꝯſideratōne
rōnis ꝑ quandā deriuationē ſeu redundan-
tiā a ſuꝑiorib⁹ virib⁹ ad inferiores. qđ ī xp̄o
patiente nō fuit. Unicuiq; eni viriū ꝑmiſit
agere qđ eſt ſibi ꝓpriū. Quare in illa volunta
tū diuerſitate nulla ꝯtrarietas eſt ponenda.
Et ſi obijceret̄ ꝑ id qđ ſcribit Lucas. xxij. c.
Factus in agonia ꝓlixius orabat. Sȝ ago-
nia videt̄ importare quandā impugnationē
animi in ꝯtraria tendentis. q̄re videret̄ ꝙ in
xp̄o fuerit voluntatū ꝯ̄rietas. Rñdere poſſu
mus ſm Damaſce. in. ij. li. Q̄ agonia nō fu-
it in xp̄o q̄tū ad ꝑtē aīe rationalē. ſm ꝙ im-
portat cōcertationē voluntatū ex diuerſitate
rationū ꝓcedentē. puta cū aliq̄s ſm ꝙ rō cō-
ſiderat vnū vult illud ⁊ ſm ꝙ ꝯſiderat aliud
vult ꝯtrariū. hoc eni cōtingit ꝓpter debilita-
tē rōis q̄ nō pōt diiudicare q̄d ſit ſimplr̄ meli
us. qđ in xp̄o nō fuit. q̄ꝛ ꝑ ſuā rationē iudica
bat ſimpliciter eē melius ꝙ ꝑ eius paſſionē
impleret̄ volūtas diuina circa ſalutē hūani
generis. Fuit tū̄ in xp̄o agonia q̄tū ad ꝑtem
ſenſitiuā ſm ꝙ importat timorē infortunij
vel mali imminētis. Inſpiciamus ḡ ieſum
benedictū orantē illūq; aurib⁹ cordis audia
mus dicentē. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a
me calix iſte. veruntū̄ nō mea ſed tua volun-
tas fiat. Et cōſiderantes voluntatē eius ſen
ſualitatis voluntatēq; rōnis naturalē cōpa-
tiamur illi. Scđm eni has volūtates moue
bat̄ ad oēs penas. ad oēs iniurias. ad oēs cō
tumelias. ad oēs ꝑcuſſiones. ad oēs paſſio-
nes refugiēdas cū triſticia et dolore inexpli
cabili. atq; intra ſe dicere poterat. heu me do
lentē nimiū. Ego q̄ſi agn⁹ māſuetus q̄ nemi
ni nocui captus ero hic ad modicū tanq̄ ſe-
ditioſus et latro. Ego ſpecioſus forma p̄ fi-
lijs hoīm velut leproſus apparebo. Ego qui
meos diſcipulos tm̄ dilexi vt ⁊ pedes illis la
uerim. et ab eis et ab alijs amicis inter verbe
ra et cruciatus relinq̄r. Ego q̄ carnē de virgi
ne ſumptā ſpū ſancto cooꝑante retineo. liuo
ribus ⁊ plagis implebor. Ego q̄ glorioſus
hieroſolimā intraui acclamantib⁹ cūctis bñ
dict⁹ q̄ venit in noīe dn̄i. cōfuſus ⁊ abiectus
extra ciuitatē deducar oneratus grauiſſima
cruce. Ego q̄ corā turb miracula feci publi-
ce corā ꝑplo ī medio latronū crucifigar. Cō-
fodient̄ man⁹ mee ⁊ pedes ī ligno. ⁊ a plan-
ta pedis vſq; ad verticē nō erit in me ſanitas
Ego q̄ vitā oīb⁹ liberalit̄ dono vt peccatores
viuicē vita priuabor. O pr̄ mi ⁊ q̄s vnq̄ ta-
lia paſſus eſt. O mr̄ mea et ꝑ te marie ꝯtriſta
bor. Grauis erit mihi filio tuo dilecto igno-
minia crucis. ſȝ grauior vox lamentatōis tue
His et hmōi cogitatōib⁹ intēius pijſſim⁹ ie-
ſus nō ſolū in orōe ſed vſq; ad exitū aīe vehe
mētiſſime affligebat̄. Altera v̄o ex pte dū vo-
luntatē ei⁹ diuinā voluntatēq; rōis q̄ vt rō
cōſiderat̄ intuemur ad gr̄as illi exhibendas
obligatiſſimos nos inuenimus. Flagrabat
quippe deſiderio eſtuatiſſimo q̄q; dura queq;
aſperrima ꝓ ſalute humani generis tolerare
Jō ꝯcludebat dicēs. Fiat volūtas tua. Uo-
luiſti o pr̄ eterne vt ī virginis vtero mihi co
pularē hūanā naturā ⁊ ꝯplacui tibi. Uolui-
ſti vt corp⁹ mūdiſſime cōceptū penalitatib⁹
hūane vite ī alijs ex pctō debitis ⁊ neceſſarijs
volūtarie ſubijcerē ⁊ obediui tibi. voluiſti vt
pauperē vitā laborioſamq; gererē ⁊ nō ꝯtra-
dixi tibi. vis vt ꝓ redemptōe mūdi meū ſan-
guinē fundā. Uis vt ad man⁹ iniquoꝝ de-
ueniā. Uis vt hāc mihi ꝑatā de ꝓrio igno-
minioſam paſſionē ſuſtineā. Uis vt in cruce
cōfix⁹ pendeā. Uis vt ibi ex violētia illatarꝫ
paſſionū moriar. Fiat volūtas tua. O cha-
ritas inflāmatiſſima ieſu xp̄i filij dei. o amor
oīa vincēs ꝑatū ſe offerebat oīa ꝑpeti vt re-
gni celeſtis ianuā nobis apiret.

¶ Q̄ paſſio xp̄i fuit abiectiſſima rōne loci tē
poris et cōſortij. ¶ Capitulū ſecundū.

SEcundū myſteriū ꝯtemplandū de paſ-
ſione dn̄i nr̄i ieſu xp̄i dr̄ hūilitatꝫ. volu-
it q̄ppe eligere paſſionē ⁊ mortē ꝯtemptibilē
ex hūilitate. qđ oſtendim⁹ triplici rōne.

¶ Primo rōne loci.

¶ Secundo rōne tpis.

¶ Tercio rōne cōſortij.

¶ Primo fuit cōtemptibilis et abiecta ſatis
paſſio et mors xp̄i rōne loci. q̄ꝛ in ciuitate fa-
moſa ⁊ celeberrima hierl'm q̄ erat diuino cul
tui deputata. Quare aūt ibi et nō in bethleē
vbi natus fuit. in nazareth vbi nutritus erat
pati voluit. aſſignant̄ plures rōnes. Prima
quidē q̄ꝛ hieruſalē erat loc⁹ a deo electus ad
ſacrificia ſibi offerēda q̄ quidē figuralia ſacri
ficia figurabāt xp̄i paſſionē q̄ eſt verū ſacrifi
ciū. ſm illud apl'i ad Ephe. v. c. Tradidit ſe
metipm oblationē ⁊ hoſtiā deo ī odorē ſuaui
tatis. Uñ Beda dicit in quadā omel'. Q̄ ap
propinquāte hora paſſionis dn̄s appropin-
quare voluit loco paſſiōis. ſ. in hierl'm. q̄ ꝑ-
uenit añ quinq; dies paſce. ſic agnus paſca-
lis ante quinq; dies paſce. i. in decima luna
ſm p̄ceptū legis ad locū immolatōnis duce-
batur. Scđa rō q̄re in hierl'm pati voluit eſt
q̄ꝛ virt⁹ paſſionis ei⁹ ad totū mundū diffun
denda erat. ideo in medio terre habitabilis

49

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pati voluit. Vñ dr̄ in p̄s. Deus autẽ rex nr̄
añ ſecula opatus ẽ ſalutẽ ĩ medio terre.ſ.hie-
ruſalẽ q̄ dr̄ eſſe terre vmbilicꝰ. Tercia rõ fuit
qꝛ hoc maxime ꝯueniebat hũilitati eiꝰ.vt.ſ.
ſicut turpiſſimũ genꝰ mortis elegit.ita etiaꝫ
ad eiꝰ hũilitatẽ ptinet ꝙ in loco tã celebri cõ
fuſionẽ pati non recuſauit. Quarta rõ eſt vt
oſtenderet̃ a principibꝫ ꝓpl'i ortã eſſe iniquita
tẽ occidentiũ xp̄m. Et iõ in hieruſalẽ vbi mo
rabant̃ voluit pati. Vñ dr̄ Actuũ.iiij.c. Cõ
uenerũt in iſta ciuitate aduerſus puerũ ſan-
ctũ tuũ ieſum quẽ vnxiſti. herodes ⁊ pontiꝰ
pilatꝰ cũ gẽtibꝫ ⁊ ꝓpl'is iſrael. Sed poſſet ali
quis q̄rere cur xp̄s nõ in tẽplo vbi ſacrificia
offerebant̃ paſſus eſt aut in ipſa ciuitate ſed
extra portã. Ad qđ rñdet ſanctꝰ tho.iij.pte.q
xlv.ꝙ hoc factũ ẽ triplici rõe. Primo quidẽ
vt veritas reſpõderet̃ figure. Nã vitulus et
hircus q̄ ſolẽniſſimo ſacrificio ad expiatiõꝫ
totius multitudinis offerebant̃. extra caſtra
cõburebant̃.vt p̄cipit̃ Leuit̃.xvi.c. Et hoc
eſt qđ dixit paulus ad Hebre.xiij.c. Quorũ
aĩalium refert̃ ſanguis ꝓ pctõ hoꝝ corpora
cõcremabant̃ extra caſtra.ꝓpter qđ et ieſus vt
ſanctificaret ſuũ ꝓpl'm extra portã paſſus eſt
Scđa rõ eſt ꝓpter exemplũ vt.ſ.nos inſtrue-
ret exire a mundana ꝯuerſatõne. Vñ ibidem
apl's ſubdidit. Exeamus igit̃ ad eũ extra ca
ſtra improperiũ eius portãtes. Tercia rõ vt
Criſo.dicit in ſermone de paſſione. Voluit
dñs pati nõ ſub tecto nõ in tẽplo iudaico.ne
iudei ſubtraherẽt ſacrificiũ ſalutare ne puta
rẽt ꝓ illa tm̄ plebe oblatũ. Et iõ foras ciuita
tẽ foras muros vt ſcias ſacrificiũ eſſe cõe qđ
totiꝰ terre eſt oblatio qđ cõis eſt purificatio.
Sꝫ adhuc dubitat̃ cur xp̄s nõ in hebrõ vbi
adã fuit ſepultꝰ.ſed in mõte caluarie voluit
crucifigi.cũ paſſio eiꝰ fuerit medicina ꝯ pec
catũ Ade. Ad qđ rñdet Hiero. ſup mattheũ
dicens. Quidã exponũt caluarie locũ in q̄ ſe
pultus eſt adã. Et iõ ſic appellatũ qꝛ ibi anti-
qui hoĩs ſit ꝯditũ caput. fauorabilis interp̄
tatio et mulcẽs aures ꝓpl'i nec tñ vera. Extra
vrbẽ enĩ ⁊ foris portã loca ſunt in q̄bus trun
cant̃ capita damnatoꝝ et caluarie.i. decolla
torũ ſumpſere nomẽ.ꝓpterea aũt ibi crucifixꝰ
eſt ieſus.vt ibi pꝛiꝰ erãt aera damnatoꝝ ibi
erigerent̃ vexilla martyrij. Adã vero ſepul-
tũ iuxta hebrõ in libro ieſu filij naue ſepultũ
legimꝰ. Et vt ponit̃ Joſue.xiiij.c.vbi ſic ha
bet̃. Nomẽ hebrõ antea vocabat̃ cariatarbe
Adã maximꝰ ibi in terra enachim ſitus erat
Igit̃ xp̄s magis crucifigendꝰ erat ĩ loco cõi
damnatoꝝ q̄ꝫ iuxta ſepulcrũ ade.vt oſtende
retur ꝙ crux xp̄i nõ ſolũ erat in remediũ ꝯtra

peccatũ ꝑſonale ade ſꝫ etiã ꝯtra pctm̄ totius
mũdi. Scđo fuit ꝯtemptibilis ⁊ abiecta
paſſio xp̄i rõe tp̄is. qꝛ paſſus eſt in die ſolẽni
paſce qñ ex oĩ iudea ꝓpl'i ad hierl'm ꝯfluebãt.
Et vt doctores declarant paſcale feſtũ apud
iudeos incipiebat a veſꝑa diei in q̄ luna erat
xiiij. Dies aũt feſtiuus apud eos incipit a ve
ſpera vniꝰ diei ⁊ durat vſq̄ꝫ ad veſperã ſequẽ
tis diei.vt ptꝫ Leui.xxiij.c. Et ſic dies ſolẽ-
nis paſce erat luna.xv.ꝓpt̃ qđ eundẽ diẽ quẽ
Johes noĩat añ diem feſtũ paſce.ꝓpter diſtin
ctionẽ naturalẽ dierũ. Marcꝰ noĩat primũ
diẽ azimoꝝ.qꝛ a veſꝑa p̄cedẽtis diei incipie
bãt comedere azima. Ex quo Hiero. Beda
Augꝰ.et doctores theologi diſt.xi.dicũt. ꝙ
xp̄s fecit cenã luna.xiiij.et paſſus ẽ luna.xv
Erat autẽ equinoctiũ.qꝛ vt inq̄t Augꝰ.in li.
queſtionũ noui et veteris teſtamẽti. Tũc vo
luit dñs paſſione ſua mundũ redimere et re
formare qñ eũ creauerat.i.in equinoctio. Et
tũc dies ſuꝑ noctẽ increſcit. qꝛ ꝑ paſſionẽ ſal
uatoris a tenebris ad lucẽ ꝑducimur. In li.
vero.xviij.de ci.dei. Idẽ Augꝰ.refert ꝙ paſ
ſus eſt xp̄s.viij.kal'.aprilis. Si vero quiſq̄ꝫ
quereret. Cur xp̄s pati voluit in etate iuue-
nili nõ in infantili vel in ſenectute ſua. Rñ-
det ſanctꝰ tho.iij.pte.q.xlvi. ꝙ paſſio chriſti
ſubiecta erat eiꝰ volũtati.voluntas aũt eius
regebat̃ diuina ſapia q̄ oĩa ꝯuenĩeter diſpo-
nit. Ideo ad moriendũ tp̄s iuuẽtutis elegit.
qꝛ ſic voluit. Vñ Augꝰ.exponẽs illud Jo.
xiij.c. Sciens ieſus quia venit eius hora vt
tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ inq̄t. Tantũ
fecit q̄ꝫtũ ſufficere iudicauit. Venit hora eiꝰ
nõ neceſſitatis ſed volũtatis. Quare autẽ ſic
voluit aſſignant̃ tres rões. Prima quidẽ vt
ex hoc magis ſuã dilectionẽ cõmendaret ꝙ
vitã ſuã ꝓ nobis dedit qñ erat in ꝑfectiſſimo
ſtatu. Scđa qꝛ nõ cõueniebat vt in eo appa
reret nature diminutio ſicut nec morbus. Ter
cia vt in iuuenili etate moriẽs et reſurgẽs.fu
turã reſurgentiũ qualitatẽ in ſeipo premon-
ſtraret. Tercio fuit cõtemptibilis et abie-
cta paſſio chriſti rõe cõſortij.qꝛ crucifixi fue
runt cũ eo duo latrones.vnus a dextris ali
us a ſiniſtris.hoc aũt vt inq̄t ſanctꝰ Tho.iij
pte.q.xlvi. Alia rõne factũ eſt q̄ꝫtũ ad inten-
tionẽ iudeoꝝ. Alia vero q̄ꝫtũ ad dei ordina-
tionẽ. Quantũ enĩ ad intentionẽ iudeoꝝ vt
dicit Criſo.duos latrones crucifixerũt iu-
dei vt coꝝ ſuſpitionis fieret ꝑticeps. ſed nõ
ita euenit.naꝫ de illis nil dicit̃.chriſti autem
crux vbiq̄ꝫ honoratur. Reges diademata
deponentes aſſumunt crucem in purpuris
in diadematibus maximis immenſa vbiq̄ꝫ

terrarũ crux emicat. Quantũ ṽo ad dei ordi
natõꝫ xp̃s cũ latronibus crucifixus eſt. Pri=
mo vt dic̃ Hiero. ſup mattheũ. Sicut ꝓ no
bis maledictũ crucis fact⁹ eſt xp̃s. ſic ꝓ oĩm
ſalute inter noxios quaſi noxius crucifigit̃
Scõo vt ait Leo papa in ſermone de paſſio
ne. duo latrones vn⁹ ad dexterã alius ad ſi=
niſtrã crucifigunt̃. vt in ipſa patibuli ſpecie
demonſtraret̃ illa q̃ in iudicio ipſius oĩm ho
minũ facienda eſt deſcriptio. Tercio ſm Hi=
lariũ duo latrones leue ac dextere affigunt̃
oẽm hũani generis diuerſitatẽ vocari ad ſa=
cramentũ paſſionis dñi oſtendẽtes Sꝫ qꝛ ꝑ
diuerſitatẽ fideliũ atqꝫ infideliũ fit oĩm ſm
dexterã ⁊ ſiniſtrã diuiſio. vnus ex duobꝫ ad
dexterã ſitus fidei iuſtificatiõe ſaluat̃. Quis
igit̃ excogitare poſſit q̃tã ↄfuſionẽ paſſus ẽ
xp̃s dũ viſus eſt denudat⁹ in cruce inter du=
os latrones pendere. p̃ceſſerãt in eo tanta ꝑ=
conia laudũ dñica elapſa. diffuſa erat fama
ei⁹ ſanctitatis atqꝫ doctrine ⁊ miraculoꝝ no
men latiſſime erat vulgatũ. Poſtmodũ vero
velut ſeditioſus ⁊ blaſphem⁹ patibulo ſtabat
affixus. Quare p̃tereũtes blaſphemabãt eũ
dicẽtes. Alios ſaluos fecit ſeipm̃ ſaluũ face=
re nõ pt. Silr̃ et latrones q̃ erãt crucifixi im
properabãt ei. Et licet lucas dicat ꝙ vn⁹ ex
eis dixerit. Memẽto mei dñe ⁊c̃. Quare vi=
deret̃ ꝙ nõ ambo ſꝫ vn⁹ blaſphemauerit. Tñ
Aug⁹. dicit i li. de ↄſenſu euãgeliſtaꝝ. ꝙ poſ
ſumus intelligere mattheũ poſuiſſe pluralẽ
numerũ ꝓ ſingulari. cũ dixit. latrones ipro=
perabãt ei. Uel vt refert Hiero. primũ vterqꝫ
blaſphemauit. deinde viſis ſignis vn⁹ eorũ
credidit.

¶ Q passio xp̃i fuit acerbiſſima ex p̃te aĩe et
corpis et virginis matris. ¶ Capitulũ. iij.

Terciũ myſteriũ cõtemplandũ de flebili
paſſione ſaluatoris nr̃i ieſu xp̃i dr̃ acer=
bitatis Fuit quidẽ paſſio illa acerbiſſima et
doloroſa nimis ⁊ hoc ex triplici p̃te.

¶ Primo ex p̃te anime.

¶ Secũdo ex p̃te corpis.

¶ Tercio ex p̃te matris virginis.

¶ Primo fuit paſſio xp̃i acerbiſſima ex parte
aĩe. Ut enĩ inq̃t ſanct⁹ tho. iij. p̃te. q. xlvi. ar.
vi. in r̃nſione ad quartũ argu. Doluit xp̃s ꝓ
amiſſione vite corporalis q̃ tante fuit digni=
tatis et p̃cipue ꝓpter vnionẽ qꝛ corpus iſtud
erat vnitũ diuinitati. ꝙ de ei⁹ amiſſione etiã
ad horã magis eſſet dolendũ q̃ꝫ de amiſſio=
ne alterius hoĩs ꝑ q̃tumcũqꝫ tp̃s. Uñ phs
dicit in. iij. ethicoꝝ. Q virtuoſus plus dili=
git vitã ſuã q̃to ſcit eã eſſe meliorẽ. et tñ eam
exponit ꝓpter bonũ virtutis. Et ſilr̃ xp̃s vitã
ſuam maxime dilectã expoſuit ꝓpter bonum
charitatis. ſm illud Jere. xij. c. Dedi dilectã
aĩam meã in manibꝫ inimicoꝝ eius. Doluit
etiã xp̃s ꝓ peccatis oĩm hoĩm q̃ dolor exceſ
ſit oẽm dolorẽ cuiuſlibet cõtriti. tũ qꝛ ex ma=
iori ſapiẽtia ⁊ charitate ꝓceſſit ex quibus do
lor cõtritionis auget̃. tum etiã qꝛ ꝓ oĩm pec
catis ſimul doluit. Ut aũt iſta clarius intel=
ligant̃ notanda ſunt hic tria theologoꝝ do=
cumẽta. Primũ ſm tho. iij. p̃te. q. xv. Et dñs
Bonauen. in. iij. di. xvi. Q aĩam in corp̃e cõ
ſtitutã dupliciter cõtingit pati. Uno mõ paſ
ſione corporali. Alio mõ paſſione aĩali. Paſ
ſione quidẽ corp̃ali patit̃ ꝑ corporis leſionẽ.
Cũ enĩ aĩa ſit forma corpis. cõſequens eſt ꝙ
vnũ ſit eſſe aĩe ⁊ corpis. Et iõ corp̃e p̃turbato
ꝑ aliquã corporeã paſſionẽ. neceſſe eſt ꝙ aĩa
ꝑ accidẽs cõturbet̃. ſ. q̃tũ ad eẽ qd̃ hꝫ in cor=
pore. Quia g̃ corpus xp̃i fuit paſſibile ⁊ mor
tale. neceſſe fuit vt etiã ei⁹ aĩa paſſibilis eſſet.
Paſſione aũt aĩali pati dr̃ aĩa ſm opatõꝫ q̃
vel eſt ꝓpria aĩe. vel eſt principali⁹ aĩe q̃ꝫ cor=
poris. Et q̃uis etiã ſcdm̃ intelligere et ſenti
re dicat̃ hoc mõ aĩa aliq̃d pati. tñ ꝓpriiſſime
dicunt̃ paſſiones aĩe affectiões appetitus ſen
ſitiui q̃ in xp̃o fuerũt ſic̃ et cetera q̃ ad naturã
hoĩs p̃tinẽt. Sciendũ tñ ꝙ hmõi paſſiones
aliter fuerũt in xp̃o q̃ꝫ in nobis q̃tũ ad tria.
Primo q̃tũ ad obiectũ qꝛ in nobis plerũqꝫ
ferunt̃ ad illicita: qd̃ nõ fuit in xp̃o. Scõo
q̃tũ ad principiũ. qꝛ hmõi paſſiones frequẽ
ter in nobꝫ p̃ueniũt iudiciũ rõis. Tercio q̃tũ
ad effectũ. qꝛ in nobis q̃nqꝫ hmõi motus nõ
ſiſtũt in appetitu ſenſitiuo ſed trahũt rõnem
qd̃ in xp̃o nõ fuit. qꝛ mot⁹ naturaliter hũani
carni ↄueniẽtes. ſic ex ei⁹ diſpoſitõe in appeti
tu ſenſitiuo manebant ꝙ rõ ex his nullo mõ
impediebat̃ facere q̃ ↄueniebãt. Secundũ
documentũ eſt iuxta ſñiã Johis damaſce=
ni. Q magnitudo doloris pt̃ duplr̃ ↄſidera=
ri. Eſt enĩ magn⁹ dolor q̃ magis eſt ↄ̃ natu=
rã patiẽtꝫ. Sꝫ eſt maior q̃ eſt ↄ̃ naturã ⁊ ↄtra
voluntatẽ. Maior igit̃ fuit dolor in xp̃o q̃ꝫ i
ceteris patiẽtibꝫ in hac vita qꝛ magis fuit ↄ̃
naturã patiẽtꝫ eo ꝙ cũ corp⁹ fuerit optĩe ani
me illi ↄueniẽs vt p̃dictũ eſt aĩa marie dolu=
it in ſeparatõe ab illo. Si vero ↄſideret̃ ma
gnitudo doloris ſm ꝙ dr̃ ↄtra voluntatẽ pa
tientis. hoc eſt dupliciter. Nã eſt volũtas na
turalis et voluntas rõnalis. Primo mõ fuit
maximus dolor in chriſto. Secundo modo
nõ fuit dolor in chriſto. quia nũq̃ꝫ fuit mar
tyr ita informatus charitate qui mori deſi=
deraret ſicut chriſtus. Ex quo vt dicit Alex.
in. iij. ſumme. Delectatio erat in voluntate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt eſt rõ. Et paſſio in volũtate vt eſt natura.
Quare in eadē aĩa erat dolor ⁊ gaudiũ. Nec
dolor ſupueniens diſcõtinuauit gaudiũ. nec
dolor intenſus fecit gaudiũ eē min⁹ ꝑfectũ.
Nã dolor paſſionis in xp̃o ⁊ gaudiũ fruitio
nis nõ ſũt affectões ↄ̃ric. q̄r nõ ſunt reſpectu
eiuſdē. nec oĩno eodē mõ inſunt eidē. Terciũ
documentũ ꝙ xp̃s ſil̕ erat viator ⁊ ↄprehen-
ſor. ita ꝙ nec viatoris cognitio ĩpediebat cõ
prehenſoris cognitõꝫ. nec affectio affectionē
Et illud fuit ĩ xp̃o ſingulare ꝓpter officiũ me
diatoris q̃ debebat experiri ⁊ diuina ⁊ hũana
Vñ ſic ſimul ⁊ ſemel poterat ꝑfecte ↄuerti ad
deũ et cõuerti ad nos ita ꝙ vna illarũ cõuer
ſionũ alterã nõ impediebat nec retardabat.
Sic potuit aĩa xp̃i ſil̕ et ſemel gaudere ĩ deo
et cõpati corꝑe ſuo ita ꝙ nec dolor a gaudio
nec gaudiũ a dolore pateret̃ aliquã diminu-
tionē ſiue remiſſionē. Si aũt aliquis q̃reret
quõ potuit xp̃s ſimul eſſe viator ⁊ ↄprehen-
ſor cũ viatori cõpetat moueri ad finē btitudi
nis ↄprehẽſori aũt in finē q̃eſcere q̃ ↄuenire
eidē nõ pñt. Rñdet ſanct⁹ tho. iij. pte. q. xv.
Ꝙ impoſſibile eſt moueri ad finē et q̃eſcere ĩ
finē ſꝫm idē. ſed ſꝫm diuerſa nihil ꝓhibet. Si
cut aliq̃s hõ ſimul eſt ſciēs q̃ꝫtũ ad ea q̃ iam
nouit ⁊ addiſcēs q̃ꝫtũ ad ea q̃ nõ nouit. Qua
liter vero xp̃s fuerit ſimul viator ⁊ ↄprehen
ſor ſꝫm diuerſa pt̃ ſic intelligi. Nã aliq̃s dicit̃
viator ex eo ꝙ tēdit in beatitudinē. cõprehen
ſor aũt ex hoc ꝙ beatitudinē obtinet. ſꝫm illõ
i. ad Corint. ix. c. Sic currite vt ↄprehẽda-
tis. Hoĩs aũt beatitudo ꝑfecta cõſiſtit in aĩa
et corꝑe. In aĩa quidē q̃ꝫtũ ad id qđ eſt ei ꝓ-
prium. ſꝫm ꝙ mens videt et fruit̃ deo. In cor
pore vero ſꝫm ꝙ corp⁹ reſurget glõſum et in-
corruptibile. Xp̃s aũt añ paſſionē ſꝫm mentē
plene videbat deũ. et ſic habebat beatitudinē
q̃ꝫtũ ad id qđ eſt ei ꝓpriũ. Sed q̃ꝫtum ad alia
deerat ei beatitudo. q̄r et aĩa eius erat paſſi-
bilis ⁊ corp⁹ paſſibile ⁊ mortale. Et iõ ſimul
erat ↄprehenſor inq̃ꝫtũ habebat beatitudinē
aĩe ꝓpriã et ſimul viator inq̃ꝫtum tendebat in
beatitudinē ſꝫm id qđ ei de beatitudĩe deerat
¶ Scđo fuit acerbiſſima paſſio xp̃i ex pte
corꝑis de hoc triplici rõne.
¶ Primo rõne viuacitatis.
¶ Secũdo rõne generalitatis.
¶ Tercio rõne diuturnitatis.
¶ Primo rõne viuacitatis. Nã vt dicit dñs
Bonauē. in. iij. di. xvi. Erat in xp̃o maxima
cõplexionis eq̃litas et viuacitas ſenſus. vñ
q̄r nullus potuit ei equari nec in eq̃litate cõ-
plexionis nec in viuacitate ſenſus. Dolor il-
lius fuit oĩm doloꝝ acutiſſim⁹. Cõfirmat h̕
ſcđꝫ Tho. iij. pte. q. xlvi. dicēs. Ꝙ xp̃us ſꝫm
corp⁹ erat optĩe cõplexionatus. ex eo ꝙ corp⁹
illud fuerat firmatũ miraculoſe operatõe ſpi
rit⁹ ſcti. Sicut et alia q̃ ꝑ miracula facta ſũt
fuerũt alijs potiora. vt Criſo. dicit de vino
in qđ xp̃s aquã cõuertit in nuptijs. Et iõ in
eo maxĩe viguit ſenſus tact⁹. ¶ Scđo ex pte
corꝑis fuit doloriſſima xp̃i paſſio rõne gene
ralitatis. A planta enĩ pedis vſq; ad verticē
nõ fuit in eo ſanitas. paſſus fuit in oĩb; mē-
bris et in oĩbus ſenſib;. In capite paſſus eſt
pungentiũ ſpinarũ coronã. arundis ꝑcuſſio
nē. ⁊ capilloꝝ depilationē. in facie paſſus eſt
ſputa fetidiſſima alapaſq; deriſoꝝ. ĩ manib;
et pedib; paſſus eſt fixionē clauoꝝ. ĩ ore paſ
ſus eſt amaritudinē felleati ⁊ mirrati vini. in
toto corꝑe paſſus ē flagella verberantiũ illũ
ad columnã ligatũ. ¶ Tercio ex pte corꝑis
fuit grauiſſima xp̃i rõne diuturnitatꝭ. Nã li
cet ab vtero virgĩs in q̃libet etate pauꝑtati
tã gerēs paſſionib;. laborib;. vigilijs. ꝑegri-
nationib;. p̃dicatiõib; et hmõi ſanctũ illud
corpus expoſuerit. verũtñ in vltimis chari-
tate feruētiſſim⁹ voluit plus ſolito laborio-
ſiſſimis penis inſudare. Nã q̃nta feria ꝑa
cena poſt eſum agni paſcal̕ lauit pedes diſci
puloꝝ añ pedes illoꝝ genuflexus. Ibi mirũ
in modũ ſemetipm̃ afflixit. dũ tetigit ꝓditõ-
rē. dũ illũ a ſuo pctõ q̃ꝫtũ in ſe fuit ſtuduit re-
uocare. dũ exornatiſſimo ſermõe ꝓ ſuo trãſi
tu diſcipulos cõfortauit. Deinde hymno di-
cto ad montē oliuarũ ſe ↄtulit. nõ petijt locũ
quietis. nõ intrauit aliquã domũ. ad locũ ſe
cõtulit orõis vſq; ad noctē mediã orauit ad
prēꝫ. ꝓpter vehemētē aĩ anxietatē ſanguine⁹
ſudor carnē virgineã madefecit. Irruerunt
poſt h̕ in eũ turbe furētes et ceperunt ipm̃. li
gauerũt man⁹ innocētis q̃ tactu ſuo viuifico
infirmos curauerãt. Poſuerũt ⁊ in collo fu-
nē violēter trahētes agnũ illũ mãſuetiſſimũ
q̃ nemini vnq̃ȝ nocuit. Duxerũt eũ ad annã
ſoceꝝ cayphe corã q̃ crudelit̃ ſeru⁹ vnus ala
pã dedit ĩ faciē in quã deſiderãt angeli ꝓſpi-
cere. aufugerũt ab eo diſcipl̕i ei⁹. et ipe ſolus
abſq; ↄſolãte erat ĩ medio coꝝ q̃ ꝓcurabãt
ei⁹ mortē. A domo anne ꝓceſſit ligat⁹ tanq̃ȝ
latro ſeditioſ⁹ ad domũ cayphe. Ibi falſas
accuſatões audiuit. ibi multiplr̃ velut reus
a põtifice corã alijs ſeniorib; fuit examinat⁹
Ibidē tandē derelict⁹ in man⁹ miniſtroꝝ vſ
q; mane iniurias. ↄtumelias. blaſphemias.
clamores. ꝑcuſſiones. deriſioneſq; paſſus eſt
O ieſu fili dei bñdicti. O ſaluator pijſſime. ⁊
q̃s tibi nõ ↄpatiat̃. q̃s tã ferre⁹ ſaue ab hũa-
nitate alien⁹. vt nõ ↄpungat̃. ¶ Tercio fuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

acerbiſſima paſſio xp̄i ex ꝑte matris virginis
Diligebat nāq̨ matrē illā amore incredibili
magis quidē diligebat ꝙ̄ diligebat̄. q2 dile-
xerat eā ab eterno. tū q2 ſatis diſtincte cogno
ſcebat virtutes ei⁹ ꝙ̄ ipa cognoſceret ꝟtutes
filij. tū q2 capacius erat cor xp̄i ad diligendā
virginē matrē ꝙ̄ ecōuerſo. Recogitabat ergo
xp̄s dū pendebat in cruce ꝙ̄ta charitate ipm
cōcepit in vtero dū dixit. Ecce ancilla dn̄i fi
at mihi ſ̄m verbū tuū. Quāto amore nouem
mēſibꝫ ipm geſtauit. ꝙ̄ta leticia ipm peperit.
ꝙ̄ta pietate pānis inuoluit. pauitq̨ lacte. ꝙ̄-
ta ſollicitudine ad egyptū deduxit. quāto la-
bore nutriuit. ꝙ̄ta dulcedine mentis et oris
tot annis fili mi aſſerēs illū vocauit. Et hec
oīa xp̄i mentē ad mr̄is amorē inflammabāt.
deinde īſpiciebat eā de cruce meſtā. facie ſqua
lidā. ſparſo crine. lugētes oculos leuantē ad
crucē. audiebatq̨ vocē illi⁹ flebilē ꝛ doloro-
ſam ingementē. O fili mi bn̄dicte. O lumen
oculoꝝ meorū. o agne manſuetiſſime. o vas
virtutū ꝛ grē. video te patientē in cruce ꝛ aīa
mea ꝓpter te patit̄ ī meo corꝑe. video clauos
cōfodiētes man⁹ et pedes tuos. et aīa mea cō
foſſa eſt doloris aculeo. O fili mi quis mihi
det vt moriar tecū. Quid faciā q̄ me vertar?
Ad quē ꝯfugiā. Tu mihi pr̄. Tu mihi fra-
ter. Tu mihi filius char⁹ eras. Tu mee deli
tie. Tu mee diuitie. Tu oē bonū meū. Heu
me dolentē orbatā filio dulciſſimo. filio ſan
ctiſſimo. filio ſapientiſſimo. filio amoroſiſſi-
mo. filio pulcerrimo. filio florētiſſimo. His
et hm̄ōi querelis pulſabat aures filij mr̄ illa
ſanctiſſima. Quare xp̄us et ſi nō ore poterat
corde ſic aut ſilr̄ rn̄dere aſſerēs illud Jere. xv
ca. Ue mihi mr̄ mea q̄re genuiſti me virū ri-
xe. virū diſcordie in vniuerſa terra. Nō fene
raui nec fenerauit mihi quiſq̨. Oēs maledi-
cūt mihi. Itaq̨ ex mr̄is aſpectu atq̨ ꝯpaſſio
ne immēſo dolore. mens illa pia benigniſſi-
mi ieſu feriebat̄. Et vndiq̨ abundabāt in eū
anguſtie ꝛ afflictōes. ex quarū vehemētia cū
clamore valido emiſit ſpiritū. Deprecemur
ḡ eū vt ꝑticipes nos efficiat paſſiōis ꝛ mortꝭ
ſue ita vt meritis ipi⁹ habeam⁹ vitā illā quā
ſua morte recuperauit. ī q̄ regnat glorioſus
ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo decimuſoctauus de glorioſa re-
ſurrectōe ieſu xp̄i q̄ ſufficientiſſime humano
generi declarata fuit.

Surrexit non eſt
hic. Uerba ſant angeli ad mulie-
res deuotas loquētis originali-
ter Marc. xvi. c. et in euāgelio hodierne ſo-
lennitatis. Placuit redemptori nr̄o dn̄o ieſu
xp̄o ita luculenter ſuā reſurrectionē hoībus
reuelare vt nemo deinceps dubitare q̄at ipm
eē regē glīe. oīm creaturaꝝ celi ꝛ t̄re dn̄m at-
q̨ immortal' vite largiſſimū donatorē. Notā
q̄ ꝓpe fecit nobis viā celeſtis regni vt reſurgēſ
adimpleuit nos leticia cū vultu ſuo. Quia ve
ro in lectōne ſc̄ti euāgelij deſcribit̄ illa q̄ mu
lieribꝫ pijs ad monumētū eūtibꝫ de xp̄o iā ſu
ſcitato facta eſt declaratio. Ideo ad eruditōꝫ
nr̄am de manifeſtatōe xp̄i reſurgētis aliq̄ de
curremꝰ. Cōſiderabim⁹ aūt illā p̄cipue ꝙ̄tū
ad tria.

Primo ꝙ̄tum ad mulieres.
Secundo ꝙ̄tum ad angelos.
Tercio ꝙ̄tum ad diſcipulos.

Qualiter xp̄i reſurrectio manifeſtata fuit
mulieribꝫ deuotis viſitantibꝫ monumentū.

Capitulum primū.

Primo ꝯſideranda eſt manifeſtatio re-
ſurrectōnis xp̄i ꝙ̄tū ad mulieres de q̄bꝫ
dr̄. ꝙ cū p̄paraſſent aromata venerūt ad mo
numentū. vbi tria ſunt dubia declarāda.

Primū quare venerūt.
Secundū qn̄ venerūt.
Terciū ad quid venerūt.

Primū dubiū q̄re venerūt. Ad qꝺ dicim⁹
ꝙ mote fuerūt vt venirēt et vngerēt corpus
ieſu ex pietate ꝛ beniuolētia q̄ ad xp̄m afficie
bant̄. Maria nāq̨ magdalena mľta ſuſcepe
rat a xp̄o bn̄ficia. Ab ipa eiecerat ſeptē demo
nia. Sororē ſuā marthā a fluxu ſanguinis li
berauerat. Fratrē ſuū lazarū q̄triduanū ſu-
ſcitauerat. eāq̨ ſꝑ dulcit̄ excuſauerat tā apꝺ
phariſeū q̄ dicebat ipam immundā ꝙ̄ apud
ſororē q̄ dicebat eā ocioſam. ꝙ̄ apꝺ iudā q̄ eā
ꝓdigā appellabat. Maria aūt. ſ. iacobi mino
ris mr̄. et maria ſalome. ſ. filia xp̄m tāq̨ nepo
tē tenerrime diligebāt. Nā Anna tres habu
it viros. ſ. Joachim. Cleophā. et Salome. ꝛ
de iſtis tribꝫ viris habuit tres marias quas
duxerūt tres viri. ſ. Joſeph. Alpheus. ꝛ Ze
bedeus. Maria q̄ nupſit ioſeph pepit xp̄m
ꝟgo īmaculata quē de ſpū ſc̄tō ꝯcepit. Ma-
ria q̄ nupſit alpheo habuit q̄ttuor filios. ſ. io
ſeph iuſtū. iacobū minorē. ſimonē et iudam.
Maria vxor zebedei duos habuit filios. Ja
cobū maiorē et Johannē euāgeliſtā. Iſte ḡ
mulieres nō leuitate ducte ſꝫ amore ſc̄tō deui
cte emerūt aromata vt veniētes vngerēt cor-
pus illud qꝺ in ſepulcro erat eīc iā reliquerant.
Quantū aūt ad h̄ ꝯmendari merito dn̄t. q̄m
virtuoſam amiciciā ad xp̄m ſe hr̄e monſtra-
runt. Pauci q̄ꝓpe ſunt q̄ amicū diligūt ī vita
eū vt ī pluribꝫ accidat verificari illud ouidij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf